



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

LXXI. Das Domstift kauft von den Gebürdern Johann genannt Drohfekin
und Hehno von Kröchern Besitzungen zu Buchholz, am 14. Nov. 1296.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

fecuti fuerimus et ad huc sincerius prosequamur, Racionabilibus vestris precibus annuere cupientes, donationes bonorum vestre Ecclesie factas per dominos Marchiones brandeburgenses seu per alios nobiles aliosve deuotos christi fideles, siue in proprietatibus siue in aliis possessionibus siue in decimis constitute sint, Ratas habemus et gratas, Easque vobis et Ecclesie vestre stendalgeni auctoritate qua fungimur, In nomine domini confirmationis nostre beneficio presentibus stabilimus perpetuo possidendas. In cuius euidenciam vobis presentes nostras litteras duximus concedendas. Sigilli nostri appensione munitas. Datum langenshen, anno domini Millefimo Ducentesimo Nonogesimo sexto, quarto kal. Marcii.

LXXI. Das Domstift kauft von den Gebrüdern Johann genannt Droyfekin und Heyno von Kröchern Besitzungen zu Buchholz, am 14. Nov. 1296.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXVI^o. III. feria post festum beati Martini inter prepositum, Decanum, Magistrum, Jo. quondam decanum, astante capitulo et consenciente, de emptione faciendi bonorum in buchholte ex vna, Jo. dicto droyfekino et fratre eiusdem h. quoad venditionem dictorum bonorum omnimode prout habebant, ex parte altera, talis habitus est tractatus, predictus Jo. dictus droyfekinus et filii ejus vna cum fratre suo h. quecumque bona nomine pheodi possident in predicta villa buchholte, cum dicti domini stendaliensis ecclesie proprietatem siue in breui siue in longo tempore comparare poterint, integraliter resignabunt et medio tempore manutenebunt, conuertentes fideliter in vsum predictorum canonicorum et integraliter, prout ipsis ab officialibus eorundem fuerit nunciatum, in sua tuitione et defensione, prout vmquam fidelius possunt, conseruando veluti si proprius vltibus vsum caperent atque fructum, predicti autem stendaliensis ecclesie canonici predictis fratribus Jo. et hey. persoluent pro quolibet fructo dari frumenti quinque marcas, partem mediam in festo palce proximo nunc venturo, residuam in festo Johannis baptiste proximo nunc venturo. Vt autem dicti fratres Jo. et hey. usque ad comparationem predictorum bonorum proprietatis sub sua tuitione et defensione omni posse suo conseruent predicta bona, sicut actenus seruauerunt, se fide media obligabunt, et dominus Daniel et dominus beteko milites dicti de Wodensuegene vna cum dicti droyfekini filio seniore insuper dictum tractatum predicti milites dicti de Wodensuegene sigillis et litteris confirmabunt. Si autem dicti canonici proprietatem dictorum bonorum nec prece nec precio attingere poterint, predicti fratres Jo. et hey. cuiuscumque siue quibuscumque predicta bona canonici vendiderint, resignabunt.

LXXII. Das Stift St. Simonis und Judä in Goslar nimmt das Domcapitel zu Stendal in die Theilnahme an seinen geistlichen Verdiensten auf im Jahre 1297.

Honorabilibus viris et prudentibus preposito, decano totique capitulo in Stendale, konradus dei gratia decanus Totusque capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Jude in Goslar Cum deuotis orationibus et obsequiis sinxeram in domino karitatem. Licet sacre fidei firmitate non dubitetis, vos vna nobiscum et cum omnibus fidelibus vnum corpus esse in cristo conexum vinculo karitatis et ex eo participes omnium timentium deum et custodientium mandata eius. Tamen humiliter po-